



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Legis Litera Sive carne, & spiritu. Andreae Boden.  
Carolostadij Enarratio**

**Karlstadt, Andreas**

**Vvittembergae, 1521**

**VD16 B 6169**

Doctissimo Philippo Melanchthoni Carolostadivus Sal.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33315**

DOCTISSIMO PHILIPPO ME  
LANCHTHONI CAROLO  
STADIVS SAL.

**N**ON ignorat vniuersa VVittebergenſis Eccleſia, in qua, tu primus dux, agis, quam raro, & mirabili ſis iudicio, id quod tibi, experiētia permoti, tribuunt multi. Ego autē ex cauſſis ſummū eſſe dinoui. Nempe quæ vix ſingula cernimus in alijs, ea tu omnia coniuncta, dei dono & volūtate, habes, liguarū interpretationē, dialecticā taceo, quā quā hęc in excogitā diſargumētis ē muta, tamē in iudicādis, non nihil valet. Oratoriā, cui ſua præcepta ſunt quō verum inueniatur, nō modo vt iudicetur, cui peculiaris eſt vis, verborum lumine ferire, ac ſentēciarū pondere triumphare, cui ē poteſtas retruſa eruendi, obſcura illuſtrandi, & in ſumma e fumo faciēdj ignem, quid. n. nō poſſet illa, flexanima rerum domina & reginaꝝ, qua tu cū primis es educatus, omnia ſane, veluti imperator bonus & fortis adoriſis, ea, nihil adeo ſaxeum eſt, quod nō facile cōmollias, nihil tam fuſum quod non amputes, nihil tam anguſtum, quod non queas dilatare, Imo nihil eſt quod tibi non obtemperet, rigidos ſectis, erectos inclinas, iacentem erigis, aduerſantē & repugnantē capis, Doces, dedoces. Incēdis, reſtinguis, Omnia tuꝝ vehemētie cedunt. Id quod ex animo loquor. Neque blādiri volo. Fortitudinē iſtā in multo cōgreſſu ſenſi. Id quod noui atteſtor, Scimus præterea oēs, ſacras literas te percuſſas memoria cōtinere. Iureqꝫ de te dicā, quod de Carneade dixit antiquitas. Cui vis incredibilis illa dicēdi & varietas fuit, qui nullā vnquā rem defendit, quā nō probarit, nullam oppugnauit, quā nō euerterit. Ex cauſſis alijs per plurimis (quarum initium, quā finem inuenire haud paulo facilius fuerit) emundtiſſimum & certiffimū tibi iudiciū quis non cogetur, etiā nolens attribuere, Omnium omnis ſuperata iacet inuidia Proinde paucula de legis litera atqꝫ ſpiritu ſic volebā edere, ut tuo iudicio ſtarēt Quando Paulinū peccus, ex quo iſtec effluxiſſe fatebor, tibi ita eſt perſpectū & manifeſtū quo ne quidē vlli poteſt eſſe perſpectius & manifeſtius, boni conſule, id quod ſcripſi. Vale in Chriſto feliciter. Data VVittebergæ Hieronymi ANNO M. D. X X I.